



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De triplici inuidia. Cap. XXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

expositi sumus pluribus periculis & aeternae
 dānationi: & pluribus vitiis & peccatis onera-
 ti & miseris subiecti. Vnde ergo superbit ter-
 ra & cinis homo tam vilis? Secundum est ex-
 exercere se in humilibus operibus, vilibus & de-
 spectis officiis, & rusticanis laboribus: humili
 habitu incedere, humiles mores & verba ha-
 bere, locum nouissimum eligere, nihil iactan-
 tiae & ostentationis prætendere. Hæc & his si-
 milia cum in consuetudinem versa fuerint,
 mentem ad humilitatem inclinant. Si autem
 vana gloria vel superbia pulsat mentem, pro
 huiusmodi humiliatione, hoc est, ex nouitate
 vel raritate huius humiliationis iā per longum
 usum ista vanitas euanescit, vt legitur in Psal.
 In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum
 deducet inimicos nostros. Tertium est quod
 superiores & meliores se debēt attendere tam
 homines, quàm ipsum Iesum Christū Deum
 & hominem, vt eorum comparatione sibimet
 vilescat homo, qui se aliquid esse putat, sicut
 locusta ad gigantem; calculus ad mōtem, gut-
 ta ad flumen: & hoc tam in faciendo bona
 quàm patiēdo aduersa. Pannosus garsio vile-
 scit inter purpuratos: sic nos debiles in virtu-
 tibus respectu maiorum & sanctorum, siue
 ante nos fuerint siue nobiscum.

Eccl. 10, 9
 Humilia
 exercitia
 vsarpades

Psal. 59, 24

De triplici inuidia.

CAP. XXVIII.

INVIDIA triplex est. Prima, non gaude-
 re de bonis alterius, & non dolere de malis
 eius. Et hoc est contra charitatem proximi,
 quem tenemur diligere sicut nosmetipsos:
 cum nemo de proprio bono nō gaudeat, vel de
 malo nō doleat. Secunda est dolere & torque-
 ri in bonis alterius, & gaudere & optare ma-
 lum

lum eius ex odio personæ. Nam qui dolet de prosperitate temporali alicuius, vel gaudet de aduersitate eius, quia videt eidem expedire vel communi vtilitati aliorum, non ex odio personæ: non est inuidiæ deputandum. Sicut iustus iudex destruit malefactores, ne vel ipsi grauius damnentur si diutius in malis prosperentur, vel per eos pax communis turbetur. Tertia est, insuper promouere malum alterius verbis & factis, & bonum impedire vel deprimerere. Grauis inuidia est, malum pro malo reddere: Grauior autem odire illum qui nihil nocuit tibi: Grauiissima autem, malum pro bono restituere, vel odio habere aliquem quia bonus est, sicut Iudæi Christum. Item malum est aliquem lædere in rebus, vel honoribus, peius in corpore, pessimum autem imò diabolicum lædere & nocere alicui in anima quo ad salutem æternam. Item negare indigenti beneficium, peccatum est, licet sit inimicus: non impedire autem malum eius cum posset, grauius. Perfectorum est bonum inimici diligere, & promouere etiam ex affectu. Quidam putant se innocentes si negant illis quos non diligunt salutationem suam: sed examinent se quomodo esurienti inimico cibum ministrarent, si salutationem quam sine damno dare possunt, negant, maximè si desideret & affectet. Ideo autem inuidia vel odium Deo contraria sunt: quia singulariter charitati, quæ Deus est, opposita sunt, & commune bonum quod Dei largitas omnibus æqualiter creauit, inuidet: & eos odit quos Deus creauit & redemit & diligit, de quibus spes est quòd ad vitam æternam perueniant.

PROV. 25, 21

De